



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXLVII. De Praeurbiorum combustione Castrorum In pigodae & Piste.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia*

re ipsi Castrum Scalovitarum. Cujus verbis Rex aurem credulam adhibens, dedit ei exercitum eadem hyeme. Qui venientes propè dictum Castrum, fratrem Ludevicum dictum Osse interfecerunt, deinde cum occulte venirent usque ad portam, frater Conradus & frater Albertus de (a) Indagine cum suis armigeris licet paucis, audientes strepitum exercitus, opposuerunt se viriliter, & habito longo altercationis bello, tandem vix Castrum ab impugnatione Infidelium defenderunt; non tamen sine laesione plurium utriusque partis. Lethovini autem videntes quod amplius agere non possent, cumbusto præurbio recesserunt.

ANIMADVERSIO.

(a) Von Hagen, ut notat Ampliss. Dn. Zamelius.

C A P. CCXLVII.

*De
Præurbiorum combustionē Castrorum
In pigode & Piste.*

Odem anno in die B. Jacobi Apostoli frater Meneko Magister nec labore victus, nec morte vincendus, qui nec mortem timuit, nec vivere recusavit, congregata magnā potentia Equitum, ambo Castra Lethovinorum, scilicet Junigedam & Pilstam fortiter impugnavit, & occisis & vulneratis aliquibus utriusque partis, cum amplius agere non posset, suburbia utriusque Castri funditus concremavit.

C A P. CCXLVIII.

*De
Vastatione territoriorum Pastoviae & Gesoviae.*

Anno